




Theses argumenti obstetricii inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/303854>

THESES

ARGUMENTI OBSTETRICII INAUGURALES.



14.

THESES ARGUMENTI OBSTETRICI INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI CHRISTIANI VAN GOUDOEVER,

MED., CHIR. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

ARTE OBSTETRICIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO~TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

CHRISTIANUS GERHARDUS VON REEKEN,

AMSTELODAMENSIS.


Medicinae Doctor.

A. D. IV. M. JULII, ANNI MDCCCLVII, HORA V.

TRAJECTI AD RHENUM.

W. F. DANNENFELSER.

MDCCCLVII.



THESES.

I.

Male Remak menstruationem „eine örtliche Zufälligkeit, Abnormität oder Krankheit“ vocat.

II.

Tempus, per quod durat graviditas, non accurate determinari potest.

III.

Non omni tempore conceptio obtinet

IV.

Recte Desormeaux statuit tres tantum partus periodos esse assumendas, eique igitur consentimus, dicenti: »un premier temps qui commence avec le travail et s'étend jusqu'à la dilatation complète du col de l'utérus, un second temps qui commence à cette époque et finit avec l'expulsion complète du foetus, enfin un troisième comprend la délivrance." "

V.

Membrana decidua, quae vocatur, non tantum in graviditate, sed in omni menstruatione formatur.

VI.

Hysterica symptomata saepe erethica ovariorum conditione producuntur

VII.

Ob pertinacem vomitum abortum provocare non licet.

VIII.

Crasis sanguinis gravidarum convenit cum ea, quae oritur post inflammations, in quibus larga

exsudatio obtinuit, aut post iteratas venaesectiones,
atque perverse a *craseologis* polyhaemia seroso-fibri-
nosa habita est.

IX.

Causa remota placentae praeviae nequaquam
cognita est.

X.

Abnormalis mucosae vaginalis secretio causa
sterilitatis esse potest.

XI.

Male Grenzer: »die Eclampsie ist das gewöhn-
lichste und auffälligste Symptom der urämischen
Intoxication by Schwangeren.

XII.

Gemellorum praesentia vulgo dignosci nequit.

XIII.

Ad partum praematurum provocandum mem-
branarum punctio in primis commendanda.

XIV.

In gemellorum partu alterius infantis expulsione plus quam 5 horas retardata, Scanzonii consilium, disrumpendi scilicet membranas, nullo modo laudandum est.

XV.

In haemorrhagia post partum applicatio obturamenti, quod *blaastampon* vocant, non ad eam sistendum sufficere potest.

XVI.

Forcipis applicatio in partu clunibus praeviis rejicienda.

XVII.

In pelvi sic dicta oblique coarctata, versio in pedes, etiamsi caput praevium sit, partum longe faciliorem reddere potest.
